

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

28. Miseris quibusque succurrere gestit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

vernantes, & alium quām nostrum  
odorem spirantes rosas. Prior ob-  
stupidus, Vade, ait, Domini min-  
ister sancte, da & dilapida in pa-  
peres, quantum tibi & illis libet; vi-  
di enim in tuā Dei manū.

28.  
Miseris  
quibusq;  
succurre-  
re getit.

Itaque cū liberius jam chan-  
tatis opera in miseris exercebat  
omnium asylon erat NICOLAVS  
Nullum erat miseriæ genus, cui illi  
non suo remedio continuo succur-  
reret. Peregrinos hospitio, solati  
mæstos, captivos alloquio, ægri  
consilio, omnes opera suā adjura-  
bat. Sed & jus quoddam in omne  
morbos à cælo acceperat; quo  
crucis solo signo aut tactu pelleba  
Et quod his potius est, ægris quo  
que animis medicinam faciebat.

Sed morborum in aliis trium  
phantarem hunc gloriosum, ma-  
gna domi febris minimo mithis op-  
pressit, adjuta in primis auxiliari co-  
piâ annorum, quos multos NIC-  
LAVS numerabat. His accessit da-  
mon versipellis; qui quem suis stre-  
nere non potuit, nunc propriis ar-  
mis oppugnatum ivit. Vah! ait, quia

tem

temet jejuniiis assiduis, & indefessis  
precibus in hanc calamitatem ante  
diem præcipitasti. Quanto potius  
servasses modum & auream me-  
diocritatem cum aliis Fratribus, qui  
nunc membris adhuc & valetudi-  
ne integris religiosa exercitia ala-  
cres obeunt? tu vero, qui morbum  
tibi ultrò accersivisti, lecto jaces af-  
fixus, elanguidus, & ad omnia Dei  
obsequia inutilis. Pulsabat hic aries  
tam validè militis nostri genero-  
sum animum, ut stationem suam  
deserere & ditionem facere velle  
omnino videretur. Verùm in tem-  
pore adfuit SALVS INFIRMORVM  
Deipara, inter DD. Augustinum &  
Monicam media, ægrumque his  
verbis affatur: Quid te mœrore ad-  
figis, ô cælo dilecte senex? An quia  
arma ponere, & arenam exire co-  
geris? at tua jam ætas vacationem  
a militia postulat. Non salit amplius,  
qui solebat, vegetus tibi in  
venis sanguis, ut in aciem prodiere  
ultrà debeas. Omnia tempus ha-  
bent. Neque relinquis campum in-  
glorius. Arma satis diu & generosè

B 2 tra-

sed ani-  
mum illi  
facit Dei-  
para,B II  
30 C